

Philo iudeus



Cathō philosophus



Cathō philosophus



Scipio iunior affricanus

Publius Terentius  
poeta comicus

**Q**hilonem iudeum ex sacerdotum genere natum; et Alexandrie educatum per hec tempora floruisse constat. Et sapientie librum greca lingua (in qua peritissimus fuit) eleganti stilo conscripsit. Quē ideo sapientie libruſ no minauit: quia in eo christi iesu domini nostri laudes specialiter narravit: vel quia multipliciter in eo sapientia cōmendatur. Scripsit autem multa; vt diuus hie rūmus in libro de viris illustribus cōmemorat.

**C**athon p̄bus stoicus natione egyptius panecū quondam discipulus. multa scripta reliquit. Eius habetur plurima egregie dicta. Ex quibus hec pauca notabilia excerpta feruntur. Desines timere si sperare desieris. Quē ris quid p̄ficerim: Respōdeo amicus mibi esse cepi. Si vis amari: ama. Ab eo aliquādo quesitus fuit. An beneficium seru⁹ dño dare possit: Respondeit: quedam sunt beneficia: quedam vero officia: et quedam ministeria. Beneficiū inquit est: quod alien⁹ dat: Alien⁹ autē est qui potuit sine reprehēsione cessare. Officiū est filij uxorisq; ac ceterarum personarum quas necessitudo suscitat. et opem ferre iubet. Ministerium est servi quem conditio sua eo loco posuit: ut nihil eorum que prestat imputet superiori.

**C**atho primus p̄bus romanus atq; iurista: primo quidem questor. deinde bis consul: litterarū tam grecarū q̄ latinarū apud romanos decus. Hic primū cum Q. fabio maximo militauit. Deinde anno post quinto questor Tarētum missus fuit ubi Enniū poetam innueniēs romam secū adduxit. Postmodum cū Scipione illo viro optimo affricam trāsuect⁹ rempub. nō mediocriter iuuit. Deinde ex edilitatis officio censor fact⁹: ac postea pretor optime in omnibus se habuit. Etiam bis consul et post consulatū quē strenue in hispania gessit: tribunus militum dictus est. Nemum cū seror pene senex latinā litteras didicisset etiam grecas litteras edoceri appetiuit vnde doctus factus. historias et rem militarem tractauit: atq; scripsit. Et dum sibi ex clementia quandam comparasset gloriaz. Id egit ut iuris ciuilis peritissim⁹ haberef. Senatu namq; extra Senatū cōtemporaneos omnes grauitatis et auctoritatis excellētia superauit. Lensorinus aut appellatus fuit: q̄ censure officiū sibi specialiter fuerit cōmendatū. Et quoq; ornamenta fuerūt senat⁹. maiestas. et propagata familia. Ex qua quippe maximum decus romanorum. posterior cathe ortus est qui sacratissimum illud Catonum nomen postea immortale fecit.

**S**cipio magni Scipionis nepos oīnī virtute apud romanos preclarus. Consul extra sortes factus Apfrica sibi decreta est. Venerisq; carthaginēs cum sex continuis diebus noctibusq; oppugnasset: tandem re desperata Carthaginenses ad deditiōnē traxit. petētesq; vt quos belli clades reliquos fecerat saltem seruire liceret. Atq; ita primū mulierā agmen satis miserabile: post virorum turba descendit. Nam (vt liui⁹ ait) fuisse mulierum. 25. nullia: virozuſ. 50. milia captiuoruſ memorie proditū est. Hasdrubal vero impator vltro se transfuge dedit. Et eius vxor se suosq; quodam femineo furore in mediū se iecit incendium. Ipsa autē ciuitas supposito igne sedecim cōtinuis dieb⁹ ardens: misertiq; victorib⁹ prebuit spectaculū. Scipio autem et ipse cognomen illud celebre meruit: qd annus eius acceperat vt propter hanc fortissimā virtutem Affricanus iunior appellaretur.

**D**eblius Terentius affer Carthaginē natus poeta comicus. Qui a Scipi one iunioe p̄dicto vt quidem existimat in seruiturē ex apfrica duct⁹ ppter ingenij magnitudinē et forme p̄stantiā libertate donat⁹ est. Alij scribunt: q̄ rome Terrēci⁹ lucano senatori seruuit. a q̄ ob ingenii et formā nō institut⁹ modo liberaliter sed mature manumissis. Hic cū m̄lis nobilib⁹ familiariter vixit. Sed maxime cū scipione apbricano et cū lelio. Scripsit comedias elegati studio sex. In q̄ bus m̄ltorū mores ad precanēda picula ānotauit. De morte ei⁹ volcat⁹ sic tradit. Sed vt affer sex pplo edidit comedias: iter hinc in asyā fecit: nauī cū semel p̄scendit: visus ē nūquā. Ceteri mortuū esse in Archadia stiphalī sinu leucadie tradūt. Hn. Lor. dolobella. Marco fililio nobiliore p̄fulib⁹ fuisse dicit mediocri statura gracili corpore. colore fusco. Reliquit filiam que equiti Ro. nupsit. Hūc affranus om̄ibus comicis p̄fert. Sepulchro ei⁹ tale epitaphiū inscriptū fuit. Natus in excelsis tectis cartaginis alte Romanis ducibus bellica preda fui. Scripsi mores hominū iūueniūq; seniūq;. Qualiter et serui decipiāt dominos. Quid meretrix: qd leno: dolis p̄singat auar⁹ Hec q̄cūq; leget sic puto caut⁹ erit.

